



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Practica Octaviani Vestrii I. C. Foro Corneliensis

Vestri, Ottaviano

Coloniae Agrippinae, 1597

VD16 V 940

De petitio ac possessorio, ac alterius suspensione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63002)

Illud quoque.) Et ratio ea est, quia * mandatum pro-
curatorium nequaquam extendendum est, idcirco contra a-
lias personas in eo non expressas agere minimè permittitur.
c. ad agendum. de procur. in 6 Clem. non potest. eod. Guid.
Pap. deci. 21. de iure.

Generaliter.) Huc autem vergit, quòd infra ca. 2. lib. i
sublit. F. adnotauimus.

De petitorio, ac possessorio, ac vltius
suspensione.

C A P. V L T.

S V M M A R I V M.

- 1 Causa simpliciter commissa, censetur tam super
petitorio, quàm possessorio.
- 2 Petitorium quādo suspendi possit, & vsq, ad quod
tempus, & an suspensio deinde reuocari queat, &
quid operetur suspensio? multa q, de ipsius mate-
ria. & num. 3.
- 4 Petitorium etiam post litem contestatam suspen-
di potest, & in solo possessorio agi.
- 5 Petitorium actor suspendere non potest, & in pos-
sessorio retinenda agere.
- 6 Petitorio suspensio, si iudex sententiam protulerit,
erit nulla.

Generaliter * verò, vbi quis commissio-
nem super beneficio, vel alia re simplici-
ter impetraret, & causam, vt supra intro-
duxerit, nec aliàs se ad alterum restringat, causa
censebitur tam super possessione, quàm super
proprietate commissa & introducta, Cassa. deci.
9. de cau. poss. & propieta. Aegid. conclusi. 606.
conclu-

conclusio. d. poss. & proprietat. & ratio videtur
in promptu, quia licet possessorium & petito-
rium sint duæ causæ æquæ principaliter, & se-
uicem non contingentes. l. naturaliter. §. nisi
commune. ff. de acquir. poss. si tamen faciam
relationem de vna ad aliam, petitorium videtur
principaliter, & trahit ad se possessorium. c. cum
ecclesia. ca. cum dilectus de cau. poss. & proprie-
tate quod etiam ampliatur, ubi causa non commi-
teretur expressè super beneficio vel alia re, sed
ad preces possessoris super iactationibus & mo-
lestationibus, censeretur enim tunc causa quoque
negocij principalis commissæ, & tam possessio-
nis, quàm proprietatis Cassa. d. decis. 9. de cau.
poss. & proprie. nu. 8.

Nec* poterit super altero quis processum in-
pedire, ac vtrunque vnica sententia expediri
iuxta regulam. c. cum dilectus de cau. poss. & pro-
prie. nisi alterum expressè suspenderetur, quod
in causa vt præmittitur commissæ admitteretur
Cassa. ibi. num. 8. a Quo casu consuevit fieri co-
dula quædam suspensionis alterius negocij, cu-
ius cedulæ formam licebit videre apud libellum
cui formularij procuratorum & aduocatorum
nomen inscribitur.

Quæ tamen suspensio non est generaliter per-
missa, sed vsque ad conclusionem tantum & ob
post, Rota decis. 69. nota quod in causa de cau.
poss. & proprie. in antiq. admitteretur tamen post
modum lata sententia in causa appellationis.
Rota ibidem amplius non admitteretur etiam
ubi reus iam probasset ius habere in proprie-
tate. Rota ibidem, minusque post indictas vacan-
tes fieri poterit ad effectum, vt in possessorio
proce-

deretur, tanquam in casu excepto, in ipsa vacationum indictione, Rota decis. 140. in no. de cau. poss. & propriet. & de fer. tempo. & 94. in antiq. not. quod tempore feriarum de ferijs.

Admoneo tamen, quod si ab vna parte fiat, ad aliam quoque extendi solet, ac ab vtraque parte facta censebitur, Rota in antiq. decis. 625. si auditor de causa possessio. & proprie, amplius quod hac suspensio poterit quancumque reuocari, & ad pristinum iudicij statum reuerti, idque etiam tacite, utpote si quis post suspensionem simpliciter daret materias vel scripturas negotium suspensum concernentes, censeretur enim tunc a suspensione recessum, etiam si in suspensione ipsa fuisset suspendens protestatus, quod non intendebat a suspensione recedere, nisi hoc exprimeret, per actum suspensioni contrarium, videretur a protestatione recessum, ad not. in ca. m. de constit. ca. sollicitudinem de appellat. Rot. decis. 250. si suspendens de caus. poss. & proprie.

Sed & maius dubium est, Vtrum is, qui semel suspendit, & postmodum reuocata suspensione ad negotium suspensum redijt, poterit iterum illud idem negotium suspendere, & Collect. d. deci. 250. in no. mouet, nec alias dissoluit.

Omni tamen casu, quod suspensio de vna parte facta sit, si altera commissionem impetret, ut iudex suspensione non obstante super vtroque procedat, poterit nihilominus iudex super possessione prius pronunciare, si de ea prius liquebit. Nec superflua erit commissio, quæ non prohibet, quin iudex possit super altera duntaxat iudicare, sed conceditur, ut super vtroque possit,

R

vbi

vbi aliàs non poterat obstante suspensione. Sic
que impedimentum suspensionis tantum remo-
uet. Aegi. conclu. 506. quod de quæstione, de re
di. cognitio.

Denique & aliud quoque operabitur hæc
suspensio, vt in secunda fiat instantia, suspensio
quoque effectum iurium in prima productione
quæ & si satis aliàs essent ad discolorandum ti-
tulum actoris in iudicio possessorio, si superue-
niat suspensio, impedit, ne possint suum effectum
facere, nec aliàs inseruiunt reo ad discolorandum
titulum actoris in iudicio possessorio. Rota de-
cis. 593. A. de cau. poss. & proprie. in not. & sic re-
mouet obstaculum iurium pro parte rei produ-
ctorum quantum discolorant titulum actoris
non autem in quantum probarent de proprio iu-
re rei, quia hoc casu non solum non impeditur
suspensio earum effectum, verum nec admitti-
retur. Rota d. decis. 69. no. quod in causa de cau.
poss. & proprie. in antiq.

ANNOTATIONES.

- 2 Quocasu.) Formul. term. i. legas pag. 47. & 48.
- 3 * petitorium intentatum & intentandum suspendi possit
& in solo possessorio procedi, ibique ne capiamur, vulgarem
illam cautelam docet, quod dum articulos formamus proce-
demur, quod si petitorium sperent, ad illud ornandum proce-
dendum (ita enim nostri dicunt) illos facimus, & nos
liter. Vide ibi, nam latius materia examinatur, de qua in ca.
pastoralis, de caus. poss. & proprie. & in Clemen. vna. col.
titu. & utrobique scrib. Quod quidem * petitorium reus in
4 possessorio agere volens, post litem etiam contestatam suspen-
dere potest, veluti post ceteros Ripa docet in l. naturaliter
§. mihi commune, num. 161. ff. de acquir. poss. quæ hanc opi-
nionem

tionem communem esse affirmat, quamvis Alexan. eo loci. **Com. opi.**
 num. 85. controuerseur, & receptiorem esse dicat legistarū
 opinionem, quæ in contrarium se habet, cui Ias. inibi nume.
 137. se subscribit, fatetur tamen priorem in beneficialibus,
 posteriorem verò in alijs causis locum obtinere. Qua de re
 videas Alexand. & Iaso in l. 1 C. de carbon. edicto, vbi late
 etiam differunt, & Couarru. lib. 1. reso. cap. 16. vbi distincti-
 onis facere opiniones reconciliare nititur, eos ergo legito,
 nam adeò patens est campus iste, vt longiores possent effici
 commentarij. Ceterum actor petitorium differre siue sus-
 pendere non potest, & possessorium retinenda proponere, **5**
 vt apud Ripam ibi, nume. 154. legere est, hanc communem
 esse opinionem affirmantem. Sed hoc vnum, vt ad libri hu- **Com. opi.**
 ius quarti vmbilicum deueniam, præmittendum minime
 duxi, quod si iudex suspensio petitorio sententiam dixerit, ea
 quidem ipso iure nullius erit momenti, vt definit Aegid. de
 tis. 98. sentent. & de cis. 557 & 569. nisi per rescriptum prin-
 cipis sibi quis consulisset. Nico. Ant. Graua.

LIBER V.

DE CAUSSIS EX NATURA CAUS-
 se, vel ex Principio rescripto sum-
 marijs.

C A P. I.

SUMMARIVM.

- 1 Causse sui natura summaria, que sint, & que ex
 nocentiana bulla dispositione.
- 2 Causa vbi semel summarie committatur, semper
 in sequioribus etiam instantijs summaria du-
 rat.
- 3 Causa beneficiæ aliquando non est summaria,
 vt cum de proprietate agitur.

R 2

4 Titu-